

quæ dominium transferunt, concurrat oportet ex utraque parte affectus, nam sive ea venditio, sive donatio, sive quælibet alia causa alienandi fuerit, nisi animus utriusque consentiat, perduci ad effectum, id, quod inchoatur non potest. L. 55. ff. de obl. & act. Consensus verò ille concernere duo debet, corpus quod traditur & domini translationem, in corpore enim si errent & dissentiant si nimirum aliud individuum spectet accipiens aliud autem tradens, non transit dominium L. 36. ff. de Rer. D. junct. 34. ff. de acq. vel amitt. Poss. Alia ratio verò est dissensus & error circa causam transferendi domini, ille enim non impedit quo minus dominium in accipientem transeat L. 36. de acq. res. dom. Neque adversatur, l. 18. pr. ff. de reb. Creo. ut ut enim contractus mutui ibi attendatur ab accipiente & donatio à tradente: ideo directo & ex alterutro istorum titulorum, non fiant nummi accipientis; non ex donatione cum pecuniam non ut donatam acceptaverit, quod necessarium est ad donationem L. 55. de obl. & act. nec ex mutuo quia & in hoc utriusque consensus, perinde ut in alia conventionem, requiritur L. 3. §. 1. de obl. & act. adeoque detur ipso jure condictio sine causa,

sa,